

gabo veniam. *Wern.* Cur non vis in hypocausto calefieri? *Phil.* Vapores clibani tentant mihi caput, qvod alioqvi infirmum satis habeo; unde fit, ut facile ex capite laborem. *Wern.* Ego quoque sic aliquando fui: sed paulatim assuefeci me ad terenda hypocausti incommoda. *P.* Et ego (ut spero) me assuefaciam: verum præstat id fieri horis pomeridianis, ubi tantus ille æstus deferbuerit. *Wern.* Sed nunc tempus non est hic philosophandi diutius. Jam mihi dentes frigore crepitant.

COLLOQ. XXIII.

Hortus & horti arbores ac olera.

SEBASTIANUS. THEOBALDUS.

QVÆ sunt arbores in horto vestro? *Th.* Hortum habemus suburbanum, in quo sunt olera quibus vescimur quotidiè: præterea sunt in fundo nostro horti variis arboribus consiti. *Seb.* In horto quæ sunt olera? *Theob.* De hoc mater melius respondere posset. Nam illuc sæpè versatur aut ferendi causa, aut sarcendi; aut aliquid colligenti. *Seb.* Sed tamen dic mihi aliquot olerum nomina. *Theob.* Parum prodeisset nomina tibi recenscere, nisi res ipsas videres. Quid eamus in rem præsentem. *Seb.* Potes ire, quando libet? *Theob.* Possum quidem, matre permittente. *Seb.* Fac animabo: permittat: sed eâ lege, ut me tibi comitem auslumas. *Th.* Id facillimè fiet, tantum hic me expecta: mox rediero. *Seb.* Quid si ea do-

mi